

Guglielmo di Montescaglioso

G 2

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Guglielmo di Montescaglioso

G 2

1130-06

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anni ab incarnatione eius millesimo centesimo trigesimo, octava indicio, nonos iunii. Ego Guglielmo di Montescaglioso Montis Caveosi filius comitis Roberti residens dominansque in castello Burgencie.

interim domnus Symeon gratia dei venerabilis abbas Sancte Trinitatis de Cava, que sita est in loco qui dicitur Mitiliano, venit ad me in Burgentia et honorifice suscepi illum. Tunc domini spirituali gratia inspirante meditatus sum de transitoriis huius seculi rebus et de divina Dei clementia qualiter catholicus homo in hac fragili vita elemosinam faciendo et bene operando potest ad eterna premis pervenire, et sic meditando optuli ego Guglielmo di Montescaglioso superdictus, una cum domno Enrico vescovo di Marsico Marsicano episcopo et cum domno Riccardo archidiacono et cum domno archipresbitero Ursino eius episcopatus, domno predicto Symeoni reverentissimo abbati, illi et successoribus eius et Sancto conventui eiusdem predicte venerabilis basilice, ecclesiam Sancti chiesa di San Giovanni di Brienza Burgentie cum omnibus suis rebus sibi pertinentibus mobilibus stabilibusque pro Dei amore et pro anime mee redemptione, et filii mei Roberti domineque Sibilie, dominique Thome filii mei et filiorum aliorum meorum et filiarum mearum, et pro animabus patris et matris mee et fratris mei Roberti et sororis mee Claritie atque meis omnibus consanguineis, et hoc confirmavi et concessi ante presenciam meorum militum scilicet Rocerii Cafari et Riccardi filii Andree et Guilielmi de Ebulo et Sisinni et Iordani Montisfusco et Arnone et aliorum multorum. Et ego Enrico vescovo di Marsico gratia Dei Marsicanensis episcopus sic confirmo

et statuo quod si quis hanc hoblacionem predictam frangere presumpserit quocumque modo excommunicetur a Deo Patre omnipotente et Iesu Christo filio eius cum Sancto Spiritu et a Sanctis Apostolis omnibus et a trecentis decem et octo Sanctis Patribus et ab omnibus Sanctis Dei nunc et in perpetuum. Amen.

Ego Guilielmus filius Sisinni presbiter et notarius quo interfui hanc cartulam subscripsi. # Signum manuum Guglielmo di Montescaglioso Montiscaveosi # Signum manuum Rocerii Cafari # Signum manuum Riccardi Cafari # Signum manuum Rocerii filii Andree # Signum manuum Guilielmi de Evuli # Signum manuum Sisinni # Signum manuum Iordanis Montisfusco # Signum manuum Arnone # Ego Riccardus archidiaconus # Ego Ursinus archipresbitero